XXV. There are also meteoric lights that are only seen when falling, for instance one that ran across the sky at midday in full view of the public when Germanicus Caesar was giving a gladiatorial show. Of these there are two kinds: one sort are called *lampades*, which means ‘torches,’ the other *bolides* (missiles),—that is the sort that appeared at the time of the disasters of Modena.^b The difference

The astronomy of Hipparchus.

Meteors, varieties and instances of.

^b When Decimus Brutus was besieged there by Antony, 44 B.C.

longa faciunt priore ardente¹ parte, bolis vero perpetua ardens longiorem trahit limitem.

XXVI. Emicant et trabes simili modo, quas *δοκοὺς* vocant, qualis cum Lacedaemonii classe victi
97 imperium Graeciae amisere. fit et caeli ipsius hiatus, quod vocant chasma, (XXVII) fit et sanguinea species et, quo nihil terribilius mortalium timori est, incendium ad terras cadens inde, sicut Olympiadis centesimae septimae anno tertio, cum rex Philippus Graeciam quateret. atque ego haec statis temporibus naturae vi² ut cetera arbitror existere, non, ut plerique, variis de causis quas ingeniorum acumen excogitat; quippe ingentium malorum fuere praenuntia, sed ea accidisse non quia haec facta sunt arbitror, verum haec ideo facta quia incasura erant illa, raritate autem occultam eorum esse rationem, ideoque non sicut exortus supra dictos defectusque et multa alia nosci.

98 XXVIII. Cernuntur et stellae cum sole totis diebus, plerumque et circa solis orbem ceu spicae coronae et versicolores circuli, qualiter Augusto Caesare in prima iuventa urbem intrante post obitum patris ad nomen ingens capessendum. existunt eadem coronae circa lunam et circa nobilia astra caeloque inhaerentia. XXIX. Circa solem arcus

¹ ardentes? *Rackham*.

² vi *add. Mayhoff (cf. 191)*.

^a At Cnidus, 394 B.C.

^b 349 B.C.

^c I.e. his great-uncle Julius Caesar, who not long before his death adopted Octavian into the Gens Julia as his heir: of this Augustus (then aged 18½) learnt on crossing from Apollonia and landing near Brindisi shortly after Caesar's murder.

between them is that 'torches' make long tracks, with their front part glowing, whereas a 'bolis' glows throughout its length, and traces a longer path.

XXVI. Other similar meteoric lights are 'beams.' in Greek *dokoi*, for example one that appeared when the Spartans were defeated^a at sea and lost the empire of Greece. There also occurs a yawning of the actual sky, called *chasma*, (XXVII) and also something that looks like blood, and a fire that falls from it to the earth—the most alarming possible cause of terror to mankind; as happened in the third year^b of the 107th Olympiad, when King Philip was throwing Greece into disturbance. My own view is that these occurrences take place at fixed dates owing to natural forces, like all other events, and not, as most people think, from the variety of causes invented by the cleverness of human intellects; it is true that they were the harbingers of enormous misfortunes, but I hold that those did not happen because the marvellous occurrences took place but that these took place because the misfortunes were going to occur, only the reason for their occurrence is concealed by their rarity, and consequently is not understood as are the risings and setting of the planets described above and many other phenomena.

XXVIII. Stars are also seen throughout the day-time in company with the sun, usually actually surrounding the sun's orb like wreaths made of ears of corn and rings of changing colour—for instance, when Augustus Caesar in early manhood entered the city after the death of his father^c to assume his mighty surname. Similar haloes occur round the moon and round the principal fixed stars. XXIX. A bow appeared round the sun in the consulship of Lucius

*Solar and
lunar halos.*

PLINY: NATURAL HISTORY

adparuit L. Opimio Q. Fabio coss., orbis L. Porcio M'. Acilio, circulus rubri coloris L. Iulio P. Rutilio coss.

XXX. Fiunt prodigiosi et longiores solis defectus, qualis occiso dictatore Caesare et Antoniano bello
 99 totius paene anni pallore continuo. XXXI. Et rursus soles plures simul cernuntur, nec supra ipsum nec infra sed ex obliquo, numquam iuxta nec contra terram, nec noctu sed aut oriente aut occidente. semel et meridie conspecti in Bosporo produntur, qui ab matutino tempore duraverunt in occasum. trinos soles antiqui saepius videre, sicut Sp. Postumio Q. Mucio et Q. Marcio M. Porcio et M. Antonio P. Dolabella et M. Lepido L. Planco coss., et nostra aetas vidit divo Claudio principe, consulatu eius Cornelio Orfito collega. plures quam tres simul visi ad hoc aevi numquam produntur.

XXXII. Lunae quoque trinae, ut Cn. Domitio C. Fannio consulibus, apparuere.

100 XXXIII. Quod plerique appellaverunt soles nocturnos, lumen de caelo noctu visum est C. Caecilio Cn. Papirio consulibus et saepe alias, ut diei species nocte luceret.

XXXIV. Clipeus ardens ab occasu ad ortum

^a 121 B.C.

^d 174 B.C.

^e 42 B.C.

^f 113 B.C.

^b 114 B.C.

^c 118 B.C.

^h A.D. 51.

^k 86 B.C.

^g 90 B.C.

ⁱ 44 B.C.

^j 222 B.C.

Opimius and Quintus Fabius,^a a hoop in that of Gaius Porcius and Manius Acilius,^b and a red ring in that of Lucius Julius and Publius Rutilius.^c

XXX. Portentous and protracted eclipses of the sun occur, such as the one after the murder of Caesar the dictator and during the Antonine war which caused almost a whole year's continuous gloom. XXXI. Again, several suns are seen at once, neither above nor below the real sun but at an angle with it, never alongside of nor opposite to the earth, and not at night but either at sunrise or at sunset. It is also reported that once several suns were seen at midday at the Bosphorus, and that these lasted from dawn till sunset. In former times three suns have often been seen at once, for example in the consulships of Spurius Postumius and Quintus Mucius ^d of Quintus Marcius and Marcus Porcius,^e of Marcus Antonius and Publius Dolabella ^f and of Marcus Lepidus and Lucius Plancus;^g and our generation saw this during the principate of his late Majesty Claudius, in his consulship, when Cornelius Orfitus was his colleague.^h It is not stated that more than three suns at a time have ever been seen hitherto.

XXXII. Also three moons have appeared at once, for instance in the consulship ⁱ of Gnaeus Domitius and Gaius Fannius.

XXXIII. A light from the sky by night, the phenomenon usually called 'night-suns,' was seen in the consulship ^j of Gaius Caecilius and Gnaeus Papirius and often on other occasions causing apparent daylight in the night.

XXXIV. In the consulship ^k of Lucius Valerius

*Solar
Eclipses.*

*Other
astronomi-
portents.*

PLINY: NATURAL HISTORY

scintillans transcucurrit solis occasu L. Valerio C. Mario consulibus.

XXXV. Scintillam visam¹ e stella cadere et augeri terrae adpropinquantem, at postquam lunae magnitudine² facta sit, inluxisse ceu nubilo die, dein, cum in caelum se reciperet, lampadem factam semel umquam proditur Cn. Octavio C. Scribonio consulibus. vidit id Silanus proconsul cum comitatu suo.

XXXVI. Fieri videntur et discursus stellarum, numquam temere ut non ex ea parte truces venti cooriantur.

101 XXXVII. Existunt stellae et in mari terrisque. vidi nocturnis militum vigiliis inhaerere pilis pro vallo fulgurum effigie eas, et antemnis navigantium aliisque navium partibus cum³ vocali quodam sono insistunt ut volucres sedem ex sede mutant, graves, cum solitariae venere, mergentesque navigia, et si in carinae ima deciderint, exurentes, geminae autem salutare et prosperi cursus praenuntiae, quarum adventu fugari diram illam ac minacem appellatamque Helenam ferunt, et ob id Polluci ac Castori iis nomina⁴ adsignant, eosque in mari deos invocant. hominum quoque capita vespertinis horis magno praesagio circumfulgent, omnia incerta ratione et in naturae maiestate abdita.

102 XXXVIII. Hactenus de mundo ipso sideribusque. nunc reliqua caeli memorabilia. namque et hoc

¹ visam add. *Mayhoff*.

² *v.l.* in lunae magnitudinem.

³ *Mayhoff*: ceu.

⁴ *Dellefsen*: id nomen aut id numen.

and Gaius Marius a burning shield scattering sparks ran across the sky at sunset from west to east.

XXXV. In the consulship^a of Gnaeus Octavius and Gaius Scribonius a spark was seen to fall from a star and increase in size as it approached the earth, and after becoming as large as the moon it diffused a sort of cloudy daylight, and then returning to the sky changed into a torch; this is the only record of this occurring. It was seen by the proconsul Silanus and his suite.

XXXVI. Also stars appear to shoot to and fro; this invariably portends the rise of a fierce hurricane from the same quarter.

XXXVII. Stars also come into existence at sea and on land. I have seen a radiance of star-like appearance clinging to the javelins of soldiers on sentry duty at night in front of the rampart; and on a voyage stars alight on the yards and other parts of the ship, with a sound resembling a voice, hopping from perch to perch in the manner of birds. These when they come singly are disastrously heavy and wreck ships, and if they fall into the hold burn them up. If there are two of them, they denote safety and portend a successful voyage; and their approach is said to put to flight the terrible star called Helena: for this reason they are called Castor and Pollux, and people pray to them as gods for aid at sea. They also shine round men's heads at evening time; this is a great portent. All these things admit of no certain explanation; they are hidden away in the grandeur of nature.

XXXVIII. So much as to the world itself and the stars. Now the remaining noteworthy facts as to the heavens: for the name 'heaven' was also given

*Atmospheric
phenomena*

PLINY: NATURAL HISTORY

caelum appellavere maiores quod alio nomine aera, omne quod inani simile vitalem hunc spiritum fundit. Infra lunam haec sedes, multoque inferior (ut animadverto propemodum constare), infinitum ex superiore natura aeris, infinitum et terreni halitus miscens utraque sorte confunditur. hinc nubila, tonitrua et alia fulmina, hinc grandines, pruinae, imbres, procellae, turbines, hinc plurima mortalium
 103 mala et rerum naturae pugna secum. terrena in caelum tendentia deprimit siderum vis, eademque quae sponte non subeant ad se trahit. decidunt imbres, nebulae subeunt, siccantur amnes, ruunt grandines, torrent radii et terram in medio mundi¹ undique impellunt, iidem infracti resiliunt et quae potavere² auferunt secum. vapor ex alto cadit rursumque in altum redit. venti ingruunt inanes, iidemque cum rapina remeant. tot animalium haustus spiritum e sublimi aere³ trahit, at ille contra nititur, tellusque ut inani caelo spiritum re-
 104 fundit.⁴ sic ultro citro conmeante natura ut tormento aliquo mundi celeritate discordia accenditur nec stare pugnae licet, sed adsidue rapta convolvitur et circa terram immenso rerum causas globo ostendit, subinde per nubes caelum aliud atque aliud⁵ obtexens. ventorum hoc regnum. itaque praecipua eorum

¹ *Detlefsen*: terram mediam *aut* medio *aut* mediam.

² *Dalec*: potuere.

³ aere *add.* *Rackham*.

⁴ *Rackham*: fundit *aut* infundit.

⁵ atque aliud *add. vet. apud Dalec* (*Brotier*).

by our ancestors to this which is otherwise designated 'air'—the whole of that apparently empty space which pours forth this breath of life. This region below the moon, and a long way below it (as I notice is almost universally agreed), blends together an unlimited quantity from the upper element of air and an unlimited quantity of terrestrial vapour, being a combination of both orders. From it come clouds, thunder-claps and also thunder-bolts, hail, frost, rain, storms and whirlwinds; from it come most of mortals' misfortunes, and the warfare between the elements of nature. The force of the stars presses down terrestrial objects that strive to move towards the sky, and also draws to itself things that lack spontaneous levitation. Rain falls, clouds rise, rivers dry up, hailstorms sweep down; rays scorch, and impinging from every side on the earth in the middle of the world, then are broken and recoil and carry with them the moisture they have drunk up. Steam falls from on high and again returns on high. Empty winds sweep down, and then go back again with their plunder. So many living creatures draw their breath from the upper air; but the air strives in the opposite direction, and the earth pours back breath to the sky as if to a vacuum. Thus as nature swings to and fro like a kind of sling, discord is kindled by the velocity of the world's motion. Nor is the battle allowed to stand still, but is continually carried up and whirled round, displaying in an immense globe that encircles the world the causes of things, continually overspreading another and another heaven interwoven with the clouds. This is the realm of the winds. Consequently their nature is here pre-eminent, and almost includes all the rest of

PLINY: NATURAL HISTORY

natura ibi et ferme reliquas complexa aeris¹ causas, quoniam et tonitruum et fulminum iactus horum violentiae plerique adsignant, quin et ideo lapidibus pluere interim, quia vento sint rapti; et multa similiter. quam ob rem simul plura dicenda sunt.

105 XXXIX. Tempestatum imbriumque² quasdam stas esse causas, quasdam vero fortuitas aut adhuc rationis inconpertae, manifestum est. quis enim aestates et hiemes quaeque in temporibus annua vice intelleguntur siderum motu fieri dubitet? ut solis ergo natura temperando intellegitur anno, sic reliquorum quoque siderum propria est cuiusque³ vis et ad suam cuique naturam fertilis. alia sunt in liquorem soluti umoris fecunda, alia concreti in pruinas aut coacti in nives aut glaciati in grandines, alia flatus, alia teporis, alia vaporis, alia roris, alia frigoris.⁴ nec vero haec tanta debent existimari quanta cernuntur, cum esse eorum nullum minus
106 luna tam immensae altitudinis ratio declaret. igitur in suo quaeque motu naturam suam exercent, quod manifestum Saturni maxime transitus imbris faciunt. nec meantium modo siderum haec vis est sed multorum etiam adhaerentium caelo, quotiens errantium accessu impulsa aut coniectu radiorum exstimulata sunt, qualiter in suculis sentimus accidere, quas Graeci ob id pluvio nomine hyadas⁵

¹ *Dellefsen*: complexa a se aut se (complexa eas, cf. 67 fn. *Mayhoff*).

² *Mayhoff*: rerumque.

³ *Mayhoff*: quibusque.

⁴ *v.l.* rigoris.

⁵ hyadas *om. vulg.* (cf. § 8).

the phenomena caused by the air, as most men attribute the hurling of thunderbolts and lightning to the winds' violence, and indeed hold that the cause of the rain of stones that sometimes occurs is that the stones are caught up by the wind; and likewise many other things. On this account more facts have to be set out at the same time.

XXXIX. Storms and rain obviously have some *Rain.* regular causes, but some that are accidental, or at all events not hitherto explained. For who can doubt that summer and winter and the yearly vicissitudes observed in the seasons are caused by the motion of the heavenly bodies? Therefore as the nature of the sun is understood to control the year's seasons, so each of the other stars also has a force of its own that creates effects corresponding to its particular nature. Some are productive of moisture dissolved into liquid, others of moisture hardened into frost or coagulated into snow or frozen into hail, others of a blast of air, others of warmth or heat, others of dew, others of cold. But it must not be thought that the stars are of the size that they appear to the sight, since the consideration of their immense altitude proves that none of them is smaller than the moon. Consequently each of them exercises its own nature in its own motion, a fact which the transits of Saturn in particular make clear by their storms of rain. Nor does this power belong to the moving stars only, but also to many of those that are fixed to the sky, whenever they are *Influence of heavenly bodies on weather,* impelled forward by the approach of the planets or goaded on by the impact of their rays, as we observe occurring in the case of the Little Pigs, the Greek name for which is consequently the Hyades, a word

PLINY: NATURAL HISTORY

appellant. quin et sua sponte quaedam statisque temporibus, ut haedorum exortus. Arcturi vero sidus non ferme sine procellosa grandine emergit.

107 XL. Nam caniculae exortu accendi solis vapores quis ignorat, cuius sideris effectus amplissimi in terra sentiuntur? fervent maria exoriente eo, fluctuant in cellis vina, moventur stagna. orygem appellat Aegyptus feram quam in exortu eius contra stare et contueri tradit ac velut adorare cum sternuerit. canes quidem toto eo spatio maxime in rabiem agi non est dubium.

108 XLI. Quin partibus quoque signorum quorundam sua vis inest, ut autumnali aequinoctio brumaeque, cum tempestatibus confici sidus intellegimus, nec imbribus tantum tempestatibusque sed multis et corporum et ruris experimentis. adflantur alii sidere, alii commoventur statis temporibus alvo, nervis, capite, mente. olea et populus alba et salices solstitio folia circumagunt. floret ipso brumali die suspensa in tectis arentis herba pulei, rumpuntur
109 intentae spiritu membranae. miretur hoc qui non observet cotidiano experimento herbam unam, quae vocatur heliotropium, abeuntem solem intueri semper omnibusque horis cum eo verti vel nubilo obumbrante. iam quidem lunari potestate ostrearum conchyliorumque et concharum omnium corpora augeri ac rursus minui, quin et soricum fibras re-

^a Ῥάδες from ἔειν 'to rain,' not from ὕς 'a pig.'

denoting rain.^a Indeed some stars move of themselves and at fixed times—compare the rising of the Kids. But the rising of the constellation Arcturus is almost always accompanied by a hail-storm.

XL. For who is not aware that the heat of the sun increases at the rising of the Lesser Dog-star, whose effects are felt on earth very widely? At its rise the seas are rough, wine in the cellars ripples in waves, pools of water are stirred. There is a wild animal in Egypt called the gazelle that according to the natives stands facing this dog-star at its rise, and gazing at it as if in worship, after first giving a sneeze. It is indeed beyond doubt that dogs throughout the whole of that period are specially liable to rabies.

XLI. Moreover also the parts of some constellations have an influence of their own—for instance at the autumnal equinox and at mid-winter, when we learn by the storms that the sun is completing its orbit; and not only by falls of rain and storms, but by many things that happen to our bodies and to the fields. Some men are paralysed by a star, others suffer periodic disturbances of the stomach or sinews or head or mind. The olive and white poplar and willow turn round their leaves at the solstice. Fleabane hung up in the house to dry flowers exactly on midwinter day, and inflated skins burst. This may surprise one who does not notice in daily experience that one plant, called heliotrope, always looks towards the sun as it passes and at every hour of the day turns with it, even when it is obscured by a cloud. Indeed persistent research has discovered that the influence of the moon causes the shells of oysters, cockles and all shell-fish to grow larger and again smaller in bulk, and moreover that

*and on
animals and
plants.*

spondere numero lunae exquisivere diligentiores, minimumque animal, formicam, sentire vires sideris
 110 interlunio semper cessantem. quo turpior homini inscitia est fatenti praecipue iumentorum quorundam in oculis morbos cum luna increescere ac minui. patrocinator vastitas caeli¹ immensa discreta altitudine² in duo atque septuaginta signa, hoc est rerum aut animantium effigies in quas digessere caelum periti. in his quidam mille sexcentas adnotare stellas, insignes scilicet effectu visuve, exempli gratia in cauda tauri septem quas appellavere Vergilias, in fronte suculas, Booten quae sequitur Septem Triones.

111 XLII. Extra has causas non negaverim existere imbres ventosque, quoniam umidam a terra, alias vero propter vaporem fumidam exhalari caliginem certum est, nubesque e³ liquore⁴ egresso in sublime aut ex aere coacto in liquorem gigni. densitas earum corpusque haut dubio coniectatur argumento, cum solem obumbrent, perspicuum alias etiam urinantibus in quamlibet profundam aquarum altitudinem.

112 XLIII. Igitur non eam infitias posse in has et ignes superne stellarum decidere (quales sereno saepe cernimus, quorum ictu concuti aera verum est, quando et tela vibrata stridunt), cum vero in nubem perveniunt, vaporem dissonum gigni ut candente ferro in aquam demerso et fumidum vorticem volvi.

¹ *r.l.* rei (*et* discretae *Rackham*).

² latitudine *Brotier*.

³ *e add.* *Rackham*.

⁴ vapore *edd.* (*sic Aristoteles*).

^a I.e. the number of days from the new moon.

^b The Hyades. see § 106.

^c The Oxherd.

^d The Wain, or Ursa Major and Ursa Minor.

the phases of the moon^a affect the tissues of the shrew-mouse, and that the smallest animal, the ant, is sensitive to the influence of the planet and at the time of the new moon is always slack. This makes ignorance all the more disgraceful to man, especially as he admits that with some cattle diseases of the eyes increase and diminish with the moon. His excuse is the heaven's vastness, being divided at an enormous height into 72 signs, that is, shapes of things or of animals into which the learned have mapped out the sky. In them they have indeed noted 1600 stars as being specially remarkable for their influence or their appearance, for instance the seven which they have named the Pleiades in the tail of the Bull and the Little Pigs^b in his forehead, and Bootes,^c the star that follows the Seven Plough-oxen.^d

XLII. I would not deny that rain and wind can arise from other causes than these; it is certain that the earth exhales a damp mist and at other times a smoky one due to vapour, and that clouds are formed out of moisture rising to a height or air condensed into moisture. Their density and bulk are conjectured with certain inference from the fact that they obscure the sun, which is otherwise visible even to those diving into water to whatever depth.

XLIII. Consequently I would not go against the view that it is also possible for the fires of stars to fall from above into the clouds (as we often see happen in fine weather, and the impact of these fires unquestionably shakes the air since even weapons when flung make a hissing noise); and that when they reach the cloud, a hissing steam is produced, just as when red-hot iron is plunged into water, and a coil of

*Evaporation
from the
earth.*

*Storms
caused by
stars.*

PLINY: NATURAL HISTORY

hinc nasci procellas, et si in nube luctetur flatus aut vapor, tonitrua edi, si erumpat ardens, fulmina, si longiore tractu nitatur, fulgetras. his findi nubem, illis perrumpi, et esse tonitrua inpactorum ignium plagas ideoque protinus coruscare igneas nubium rimas. posse et repulso siderum depressum qui a terra meaverit spiritum nube cohibitum tonare, natura strangulante sonitum dum rixetur, edito fragore cum erumpat ut in membrana spiritu intenta. posse et attritu, dum praceps feratur, illum quisquis est spiritum accendi. posse et conflictu nubium elidi, ut duorum lapidum, scintillantibus fulgetris. sed haec omnia esse fortuita; hinc bruta fulmina et vana, ut quae nulla veniant ratione naturae, his percuti montes, his maria omnesque alios inritos iactus; illa vero fatidica ex alto, stisque de causis et ex suis venire sideribus.

114 XLIV. Simili modo ventos vel potius flatus posse et arido siccoque anhelitu terrae gigni non negaverim, posse et aquis aera exspirantibus qui neque in nebulam densetur nec crassescat in nubes, posse et solis impulsu agi, quoniam ventus haut aliud intellegatur

* Those mentioned at the beginning of the chapter.

smoke whirls up. And I agree that these produce storms, and if there is wind or steam struggling in the cloud, it gives out claps of thunder, if it bursts out on fire, flashes of lightning, if it forces its way on a longer track, heat-lightning. The latter cleaves the cloud, the flashes burst through it, and thunder-claps are the blows of the fires colliding, causing fiery cracks at once to flash out in the clouds. It is also possible for breath emerging from the earth, when pressed down by the counter-impact of the stars, to be checked by a cloud and so cause thunder, nature choking down the sound while the struggle goes on but the crash sounding when the breath bursts out, as when a skin is stretched by being blown into. It is also possible for this breath, whatever it is, to be set on fire by the friction during its headlong progress. It is also possible for it to be struck out by the impact of the clouds, as by that of two stones, with heat-lightning flashing out like sparks. But all these occurrences are accidental—they cause mere senseless and ineffectual thunder-claps, as their coming obeys no principle of nature—they merely cleave mountains and seas, and all their other blows are ineffectual; but the former ^a are prophetic and sent from on high, they come by fixed causes and from their own stars.

XLIV. Similarly I am not prepared to deny that it is possible for winds or rather gusts of air to be produced also by a dry and parched breath from the earth, and also possible when bodies of water breathe out a vapour that is neither condensed into mist or solidified into clouds; and also they may be caused by the driving force of the sun, because wind is understood to be nothing else than a wave of air;

Air currents caused by contour of the earth.

PLINY: NATURAL HISTORY

quam fluctus aeris, pluribusque etiam modis. namque et e fluminibus ac sinibus et e mari videmus, et quidem tranquillo, et alios quos vocant altanos e terra consurgere; qui cum e mari redeunt, tropaei vocantur, si pergunt, apogei.

115 Montium vero flexus crebrique vertices et con-
flexa cubito aut confracta in umeros iuga ac ¹ concavi
vallium sinus, scindentes inaequalitate ideo resultantem
aera (quae causa etiam voces multis in locis reciprocas facit sine fine) ventos generant. iam quidam et specus, qualis in Dalmatiae ora vasto praeceps hiatu, in quem deiecto levi pondere quamvis tranquillo die turbini similis emicat procella; nomen loco est Senta. quin et in Cyrenaica provincia rupes quaedam austro traditur sacra, quam profanum sit attrectari hominis manu confestim austro volvente harenas. in domibus etiam multis manu facta ² inclusa opacitate conceptacula auras suas habent. adeo ³ causa non deest.

116 XLV. Sed plurimum interest flatus sit an ventus. illos statos atque perspirantes, quos non tractus aliquis verum terrae sentiunt, qui non aerae,⁴ non procellae,⁵ sed mares appellatione quoque ipsa venti sunt, sive adsiduo mundi motu et contrario siderum occurso nascuntur, sive hic est ille generabilis rerum naturae spiritus huc illuc tamquam in utero aliquo

¹ ac *add.* Rackham.

² *v.l.* madefacta.

³ ideo? Rackham.

⁴ Rackham: aera.

⁵ Rackham: procella.

and in more ways as well. For we see winds arising both from rivers and bays and from the sea even when calm, and others, called *altani*, arising from the land; the latter when they come back again from the sea are called turning winds, but if they go on, off-shore winds.

The windings of mountains and their clustered peaks and ridges curved in an elbow or broken off into shoulders, and the hollow recesses of valleys, cleaving with their irregular contours the air that is consequently reflected from them (a phenomenon that in many places causes words spoken to be endlessly echoed) are productive of winds. So again are caverns, like the one with an enormous gaping mouth on the coast of Dalmatia, from which, if you throw some light object into it, even in calm weather a gust like a whirlwind bursts out; the name of the place is Senta. Also it is said that in the province of Cyrenaica there is a certain cliff, sacred to the South wind, which it is sacrilege for the hand of man to touch, the South wind immediately causing a sand-storm. Even manufactured vessels in many houses if shut up in the dark have peculiar exhalations. Thus there must be some cause for this.

XLV. But there is a great difference between a gust of air and a wind. The latter, regular and blowing steadily, and felt not by some particular tract only but by whole countries, and not being breezes nor tempests but *winds*—even their name being a masculine word—whether they are caused by the continuous motion of the world and the impact of the stars travelling in the opposite direction or whether wind is the famous ‘breath’ that generates the universe by fluctuating to and fro as in a

Causes of winds.

PLINY: NATURAL HISTORY

vagus, sive disparili errantium siderum ictu radiorum-que multiformi iactu flagellatus aer, sive a suis sideribus exeunt his propioribus sive ab illis caelo adfixis cadunt, palam est illos quoque legem naturae habere non ignotam etiamsi nondum percognitam.

- 117 Viginti amplius auctores Graeci veteres prodidere de his observationes. quo magis miror orbe discordi et in regna, hoc est in membra, diviso tot viris curae fuisse tam ardua inventu, inter bella praesertim et infida hospitia, piratis etiam omnium mortalium hostibus transituros fama terrentibus,¹ ut hodie quaedam in suo quisque tractu ex eorum commentariis qui numquam eo accessere verius noscat quam indigenarum scientia, nunc vero pace tam festa, tam gaudente proventu literarum² artium-que principe, omnino nihil addisci nova inquisitione,
- 118 immo ne veterum quidem inventa perdisci. non erant maiora praemia in multos dispersa fortunae magnitudine, et ista plures sine praemio alio quam posteros iuvandi eruerunt. mores hominum senuere, non fructus, et immensa multitudo aperto quodcumque est mari hospitalique litorum omnium adpulsu navigat,

¹ *Mayhoff*: transitus famae terrentibus aut terrentibus.

² *Mayhoff*: rerum.

sort of womb, or air whipped by the irregular impact of the planets and the non-uniform emission of their rays, or whether they issue forth from these nearer stars which are their own or fall from those stars which are fixed in the heaven—it is manifest that the winds too obey a law of nature that is not unknown, even if not yet fully known.

More than twenty Greek authors of the past have published observations about these subjects. This makes me all the more surprised that, although when the world was at variance, and split up into kingdoms, that is, sundered limb from limb, so many people devoted themselves to these abstruse researches, especially when wars surrounded them and hosts were untrustworthy, and also when rumours of pirates, the foes of all mankind, terrified intending travellers—so that now-a-days a person may learn some facts about his own region from the note-books of people who have never been there more truly than from the knowledge of the natives—yet now in these glad times of peace under an emperor who so delights in productions of literature and science, no addition whatever is being made to knowledge by means of original research, and in fact even the discoveries of our predecessors are not being thoroughly studied. The rewards were not greater when the ample successes were spread out over many students, and in fact the majority of these made the discoveries in question with no other reward at all save the consciousness of benefiting posterity. Age has overtaken the characters of mankind, not their revenues, and now that every sea has been opened up and every coast offers a hospitable landing, an immense multitude goes

*Persistence
of meteor-
ological
study.*

PLINY: NATURAL HISTORY

sed lucri, non scientiae, gratia; nec reputat caeca mens et tantum avaritiae intenta id ipsum scientia posse tutius fieri. quapropter scrupulosius quam instituto fortassis conveniat operi tractabo ventos, tot milia navigantium cernens.

119 XLVI. Veteres quattuor omnino servavere per totidem mundi partes (ideo nec Homerus plures nominat) hebeti, ut mox iudicatum est, ratione; secuta aetas octo addidit nimis subtili atque concisa. proximis inter utramque media placuit ad brevem ex numerosa additis quattuor. sunt ergo bini in quattuor caeli partibus: ab oriente aequinoctiali Subsolanus, ab oriente brumali Volturnus (illum Apelioten, hunc Graeci Eurum appellant); a meridie Auster et ab occasu brumali Africus (Notum et Liba nominant); ab occasu aequinoctiali Favonius, ab occasu solstitiali Corus (Zephyrum et Argesten vocant); a septentrionibus Septentrio, interque eum et exortum solstialem Aquilo (Aparctias et Boreas

120 dicti). numerosior ratio quattuor his interiecerat, Thrascian media regione inter Septentrionem et occasum solstialem, itemque Caecian media inter Aquilonem et exortum aequinoctialem ab ortu solstitiali, Phoenica media regione inter ortum

on voyages—but their object is profit not knowledge; and in their blind engrossment with avarice they do not reflect that knowledge is a more reliable means even of making profit. Consequently in view of these thousands of persons who go on voyages I will give a more detailed account of the winds than is perhaps suited to the task I have set in hand.

XLVI. The ancients noticed four winds in all, Designation of winds. corresponding to the four quarters of the world (this is the reason why even Homer mentions no more)—a dull-witted system, as it was soon afterwards considered; the following age added eight—this system on the other hand was too subtle and meticulous. Their successors adopted a compromise, adding to the short list four winds from the long one. There are consequently two winds in each of the four quarters of the heaven: Subsolanus blowing from the equinoctial sunrise (E). and Vulturnus from the winter sunrise (S.E.)—the former designated by the Greeks Apeliotes, the latter Eurus; Auster from the sun at midday (S.) and Africus from the winter sunset (S.W.)—named in Greek Notus and Libs; Favonius from the equinoctial sunset (W.), Corus from the sunset at the solstiee (N.W.)—these the Greeks call Zephyr and Argestes; Septentrio from the North and Aquilo between him and sunrise at the solstiee (N.E.)—called in Greek Aparctias and Boreas. The more numerous scheme had inserted four between these: Thrascias (N.N.W.) in the space between Septentrio (N.) and the sunset at the solstiee (N.W.) and also Caecias (E.N.E.) in the space between Aquilo (N.E.) and the equinoctial sunrise (E.) on the side of the sunrise at the solstiee, and Phoenix

- brumalem et meridiem, item inter Liba et Notum compositum ex utroque medium inter meridiem et hibernum occidentem Libonotum. nec finis: alii quippe Mesen nomine etiamnum addidere inter Borean et Caecian, et inter Eurum Notumque Euronotum. sunt enim quidam peculiare quibusque gentibus venti, non ultra certum procedentes tractum, ut Atheniensibus Sciron, paulo ab Argeste deflexus, reliquae Graeciae ignotus: aliubi flatus
- 121 idem Olympias vocatur: consuetudo omnibus his nominibus Argesten intellegi.¹ et Caecian aliqui vocant Hellespontian, et eosdem alii aliter. item in Narbonensi provincia clarissimus ventorum est Circius nec ullo violentia inferior, Ostiam plerumque secto ² Ligustico mari perferens; idem non modo in reliquis partibus caeli ignotus est, sed re Viennam quidem eiusdem provinciae urbem attingens paucis ante milibus iugi modici occursum tantus ille ventus coercetur. et Austros in Aegyptum penetrare negat Fabianus: quo fit manifesta lex naturae ventis etiam et tempore et fine dicto.
- 122 XLVII. Ver ergo aperit navigantibus maria, cuius in principio Favonii hibernum molliunt caelum sole Aquari XXV optinente partem: is dies sextus Februarias ante idus. competit ferme et hoc

¹ intellegit *Mayhoff*.

² *Mayhoff*: recto aut recta.

(S.S.E.) in the space between winter sunrise (S.E.) and midday (S.), and also between Libs (S.W.) and Notus (S.) the combination of the two, Libonotus (S.S.W.), midway between midday (S.) and winter sunset (S.W.). Nor is this the end, inasmuch as others have also added one named Meses between Boreas (N.E.) and Caecias (E.N.E.), and Euronotus between Eurus (S.E.) and Notus (S.). There are also certain winds peculiar to particular races, which do not go outside a special region, e.g. the Athenians have Sciron, slightly diverging from Argestes (N.W.), a name unknown to the rest of Greece—elsewhere the same breeze is called Olympias: customarily all these names are taken to denote Argestes. Some people call Caecias (E.N.E.) Hellespontias, and others have other variants for these names. Similarly in the province of Narbonne the most famous of the winds is Circius (W.N.W.), which is inferior to none other at all in force and which usually carries a vessel right across the Ligurian Sea to Ostia; the same wind is not only unknown in the remaining quarters of the sky, but it does not even touch Vienne, a city of the same province, a few miles before reaching which this mighty wind is checked by the obstacle of a moderate ridge of hills. Fabianus asserts that South winds also do not penetrate Egypt—which reveals the law of nature that even winds have their prescribed limits as well as seasons.

XLVII. Accordingly the spring opens the seas Seasons of winds. to voyagers; at its beginning the West winds soften the wintry heaven, when the sun occupies the 25th degree of Aquarius; the date of this is Feb. 8. This also practically applies to all the winds whose

PLINY: NATURAL HISTORY

omnibus quos deinde ponam, per singulas intercalationes uno die anticipantibus rursusque lustro sequenti ordinem servantibus. Favonium quidam a. d. VIII kalendas Martias Chelidonian vocant ab hirundinis visu, nonnulli vero Ornithian ab adventu avium uno et LXX die post brumam flantem per dies novem. Favonio contrarius est quem Subsolanum
 123 appellavimus. dat aestatem exortus Vergiliarum in totidem partibus Tauri sex diebus ante Maias idus, quod tempus Austrinum est, huic vento Septentrione contrario. ardentissimo autem aestatis tempore exoritur Caniculae sidus sole primam partem Leonis ingrediente, qui dies XV ante Augustas kalendas est. huius exortum diebus octo ferme Aquilones antecedunt, quos Prodromos appellant.
 124 post biduum autem exortus iidem Aquilones constantius perflant diebus XXX,¹ quos Etesias appellant. mollire eos creditur solis vapor geminatus ardore sideris, nec ulli ventorum magis stati sunt. Post eos rursus Austri frequentes usque ad sidus Arcturi quod exoritur undecim diebus ante aequinoctium
 125 autumnii. cum hoc Corus incipit; Corus autumnat: huic est contrarius Volturnus. post id aequinoctium diebus fere quattuor et quadraginta Vergiliarum occasus hiemem inchoat, quod tempus in III idus Novembres incidere consuevit; hoc est Aquilonis hiberni multumque aestivo illi dissimilis, cuius ex adverso est Africus. et ante brumam autem septem

¹ *v.l.* diebus XL, his diebus.

positions I shall give afterwards, although every leap-year they come a day earlier, but they keep the regular rule in the period that follows. Certain persons give the name Chelidonias to the West wind on the 19th February, owing to the appearance of the swallow, but some call it Ornithias, from the arrival of the birds on the 71st day after the shortest day, when it blows for nine days. Opposite to the West wind is the wind that we have called Subsolanus (E.). The rise of the Pleiads in the same degrees of Taurus on May 10 brings summer; it is a period of South wind, Auster, the opposite of Septentrio. But in the hottest period of summer the Dog-star rises, when the sun is entering the first degree of Leo—this day is July 17. The Dog-star's rise is preceded for about eight days by North-east winds: these are called the Forerunners. But two days after his rising the North-east winds begin again, and continue blowing steadily for 30 days; these are called Etesian or Annual winds. They are believed to be softened by the sun's warmth being reinforced by the heat of the star; and they are the most regular of any of the winds. They are followed in turn by South winds, continuing to the rise of Arcturus, which occurs 40 days before the autumnal equinox. With the equinox begins the North-west wind; this, the opposite of Volturnus, marks the beginning of autumn. About 44 days after the autumnal equinox the setting of the Pleiads marks the beginning of winter, which it is customary to date on November 11; this is the period of the winter Aquilo, which is very unlike the summer one mentioned above; it is opposite to the South-west wind. But for six days before the shortest day and

PLINY: NATURAL HISTORY

diebus totidemque post eam sternitur mare alcyonum feturae, unde nomen hi dies traxere. reliquom tempus hiemat. nec tamen saevitia tempestatum cludit¹ mare: piratae primum coegere mortis periculo in mortem ruere et hiberna experiri maria, nunc idem hoc avaritia cogit.

- 126 XLVIII. Ventorum etiam frigidissimi sunt quos a septentrione diximus spirare et vicinus his Corus: hi et reliquos conpescunt et nubes abigunt. umidi Africus et praecipue Auster Italiae; narrant et in Ponto Caccian in se trahere nubes. sicci Corus et Volturnus praeterquam desinentes. nivales Aquilo et Septentrio; grandines Septentrio inportat et Corus. aestuosus Auster, tepidi Volturnus et Favonius; idem Subsolano sicciores, et in totum omnes a Septentrione et occidente sicciores quam a meridie
- 127 et oriente. saluberrimus autem omnium Aquilo, noxius Auster et magis siccus, fortassis quia umidus frigidior est; minus esurire eo spirante creduntur animantes. Etesiae noctu desinunt fere, et a tertia diei hora oriuntur; in Hispania et Asia ab oriente flatus est eorum, in Ponto ab Aquilone, reliquis in partibus a meridie. spirant autem et a bruma, cum vocantur Ornithiae, sed leniores et paucis diebus. Permutant et duo naturam cum situ, Auster, Africae
- 128 serenus, Aquilo nubilus. omnes venti vicibus suis spirant maiore ex parte ita ut² contrarius desinenti

¹ *v.l.* concludit.

² ita ut *Dellefsen*: aut ut *aut* autem (*autem* ut *Mayhoff*).

^a It was thought that there was less likelihood of encountering pirates in the winter.

six days after it the sea calms down for the breeding of the halcyons from which these days derive their name. The rest of the time there is wintry weather. However, not even the fury of the storms closes the sea; pirates first compelled men by the threat of death to rush into death and venture on the winter seas,^a but now avarice exercises the same compulsion.

XLVIII. The actually coldest winds are those that we have stated to blow from the North, and their neighbour Corus (N.W.); these check the other winds and also drive away the clouds. The South-west and especially the South are for Italy the damp winds; it is said that on the Black Sea the East-north-east also attracts clouds. The North-west and South-east are dry, except when they are falling. The North-east and North are snow winds; the North brings hailstorms, and so does the North-west. The South wind is hot, the South-east and West warm; the latter are also drier than the East wind, and in general all the northerly and westerly winds are drier than the southerly and easterly. The healthiest of all is the North wind; the South is harmful, and more so when dry, perhaps because when damp it is colder; living creatures are believed to be less hungry when it is blowing. Etesian winds usually cease at night and rise at eight o'clock in the morning; in Spain and Asia they are East winds, on the Black Sea North, and in other regions South. But they also begin to blow at midwinter (when they are called the Bird-winds), but more gently and only for a few days. Two winds also change their nature with their geographical position: the South wind in Africa is fine and the North-east cloudy. All the winds blow in their own turns, usually the one opposite to the one

*Winds and
weather.*

PLINY: NATURAL HISTORY

incipiat. cum proximi cadentibus surgunt, a laevo latere in dextrum ut sol ambiunt. de ratione eorum menstrua quarta maxime luna decernit. iisdem autem ventis in contrarium navigatur prolatis pedibus, ut noctu plerumque adversa vela concurrant. Austro maiores fluctus eduntur quam Aquilone, quoniam ille infernus ex imo mari spirat, hic summo; ideoque post Austros noxii praecipue terrae motus.

129 noctu Auster, interdiu Aquilo vehementior, et ab ortu flantes diuturniores sunt ab occasu flantibus. Septentriones in pari fere¹ desinunt numero, quae observatio et in aliis multis rerum naturae partibus valet; mares itaque existimantur impares numeri sol et auget et comprimit flatus—auget exoriens occidensque, comprimit meridianus aestivis temporibus; itaque medio diei aut noctis plerumque sopiuntur, quia aut nimio frigore aut aestu solvuntur. et imbribus venti sopiuntur; expectantur² autem maxime unde nubes discussae adaperuere caelum.

130 Omnium quidem (si libeat observare minimos ambitus) redire easdem vices quadriennio exacto Eudoxus putat, non ventorum modo verum et reliquarum tempestatum magna ex parte, et esse³ principium lustris eius semper intercalario anno Caniculae ortu.

De generalibus ventis haec.

¹ fere <dierum>? *Rackham*. ² expectentur? *Rackham*.

³ *Rackham*: est.

^a I.e. East to West; the observer faces South.

^b I.e. the wind blowing on the fourth day of the new moon usually continues all the month.

that ceases beginning. When those next to the ones falling rise, they go round from left to right ^a like the sun. The fourth moon usually decides about the course of the winds for the month.^b Vessels by means of slacking sheets can sail in contrary directions with the same winds, so that collisions occur, usually at night, between ships on opposite tacks. The South wind causes larger waves than the North-east because the former being below blows from the bottom of the sea but the latter from the top; consequently earthquakes following South winds are specially destructive. The South wind is more violent at night and the North-east wind in the daytime; and easterly winds continue longer than westerly. North winds usually stop after blowing an odd number of days, an observation that holds good in many other departments of nature also: this is why the odd numbers are thought to be masculine. The sun both increases and reduces the force of the wind—the former when rising and setting, the latter at midday in summer seasons; consequently the winds are usually lulled at midday or midnight, because either excessive cold or excessive heat makes them slack. Also winds are lulled by rain; but they are most to be expected from quarters where the clouds have broken, revealing a clear sky.

Eudoxus however thinks that (if we choose to study the minimal circuits) there is a regular recurrence of all phenomena—not only of winds but largely of other sorts of bad weather as well—in four-yearly periods, and that the period always begins in a leap-year at the rising of Sirius.

These are our observations with regard to the winds that are regular.

PLINY: NATURAL HISTORY

- 131 XLIX. Nunc de repentinis flatibus, qui exhalante terra, ut dictum est, coorti rursusque deiecti in terram¹ obducta nubium cute, multifformes existunt. vagi quippe et ruentes torrentium modo (ut aliquis placere ostendimus) tonitrua et fulgura edunt. maiore vero inlati pondere incursumque si late siccam rupere nubem, procellam gignunt quae vocatur a Graecis ecnephas, sin vero depresso sinu artius rotati effregerunt, sine igne, hoc est sine fulmine, verticem faciunt qui typhon vocatur, id est vibratus
- 132 ecnephas. defert hic secum aliquid abreptum e nube calidi² convolvens versansque et ruinam suam illo pondere adgravans ac locum ex loco mutans rapida vertigine, praecipua navigantium pestis, non antennas modo verum ipsa navigia contorta frangens, tenui remedio aceti in advenientem effusi, cui frigidissima est natura. idem inlusu ipso repercussus correpta secum in caelum refert sorbetque in excelsum.
